Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26243
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sit etiam in se ipso. quæ amor amat. nec alio nisi amore amari po
tet. i. se ipso. Ita sunt hec singula in se ipsis. In alterius autem ita sunt. quia et mens
amans in amore est. et amor in amantis noticia. et noticia in mente
noscentis. Singula in binis ita sunt. quia mens quia se nouit et amat. in
amore et noticia sua est. et amor amantis mentis se seq; scientis. in men
te noticia q; ei est. et noticia mentis se scientis et amantis in mente
atq; in amore est ei. quia scientem se amat. et amantem se nouit. ac phoc
et bina in singulis. quia mens quia se nouit et amat. cum sua noticia est in
amore. et cum suo amore in noticia. amorq; ipse et noticia simul sunt
in mente. quia se amat et nouit. Tota quidem in totis quemadmodum sint iam
supra ostendimus. cum se tota mens amat. et totam nouit. et totum amo
rem suum nouit. totamq; amat noticiam suam. quando tria ista ad se ipsa
perfecta sunt. Mirum itaq; nam tria ista in separabilia sunt a semetipsis. et ta
men ex. singulum quodq; subsistentia est. et simul omnia una substantia ut eem
tia. cum et relatiue dicantur ad invicem. xxxii.

Quid est autem dilectio. nisi amor boni. Amor autem alicui
amantis est. et amore aliquod amatur. Ecce tria sunt. amans. et quod ama
tur. et amor. Quid est quidem amor. nisi quidam uita duo aliqua copulans. ut copula
re appetens. amantem scilicet et quod amatur. Si; ut aliquod puri et liquidi
hauriam. calcata carne ascendam ad animum. Quod amat anima in a-
mico nisi animum. Et illic quidem tria sunt. amans. et quod amatur. et amor. Ecce
ego quid hec quero. cum aliquid amo tria sunt. ego. et quod amo. et ipse amor.
Non enim amo amorem. nisi amantem amem. Nam nisi est amor. ubi nichil ama
tur. Tria sunt quidem. amans et quod amatur. et amor. Quod si non amem. nisi me ipsum.
Nonne duo erunt. et quod amo et amor. Amans enim et quod amatur hoc
idem est. quando se ipse amat. sicut amari et amari eodem modo. id ipsum
est cum se quisq; amat. Cadem quippe res bis dicitur. cum dicitur amat se et ama
tur a se. Tunc non est aliud atq; aliud amare et amari. sicut non est alius atq;
alius amans atq; amatus. dat vero amor et quod amatur. etiam sic duo sunt. non enim